 3<sup>o</sup> pheta in xpi aduentu multas iurge tribulationes  
 gētra eas q̄solatione p̄mittēs in p̄sona filiorū chore  
 seu cuiuscūq̄ fidelis de iudea. ad fides constātia q̄rat.  
**O**mnēs gentes In finē psalmi dauid p filns chore.  
 Psalmus iste est dauid p̄phē q̄ hic loq̄t. in voce.

aplorū. habitus pro filijs chore id est ~~id est~~ id est p̄ con  
uersis dirigens in finē id est in xpi laude. **U**n̄ p̄mogen  
tes ad q̄s grā transiunt ad dei laudē ~~transiunt~~ iuuat  
Secundo ascensio et regnū dei describit. vñ instant  
psallere monet. ibi Ascendit.

**M**agnus dñs Titul⁹ psalm⁹ vel laus cantica filiorū  
vel filijs chore secunda sabbati Psalm⁹ iste q̄  
est laus cantici est filiorū vel cantat⁹ filijs chore. ha  
bit⁹ scđa sabbati id est scđa die post sabbatū scđ die qua  
fecit dñs firmamentū. p̄ qd̄ intelligit. hic etiā supra  
petrā firmata. de q̄ hic agit. quā vocat ciuitatem  
eā et dñm ei⁹ comendans. **U**n̄ p̄mo agit de fundati  
one ciuitatis. quā comendatue describit. **H**ecundo  
agens grās de aduentu xpi monet de gōibz eāe distri  
buendis. p̄ quos saluator agnosca possit ibi ~~supra~~

**H**ec agit ~~pheta~~ Titul⁹ in finē filijs chore psalm⁹ dauid  
hic agit pheta de amatoribz mundi. ostendens  
eos cū sua gloria puturos. et illos redarguens q̄ colūt  
deū vt hic bñ sit eis murmurantes q̄ mali florent et  
ip̄i p̄munt. q̄si deus h̄ ignoret vel nō curet. **U**n̄ mon⁹  
filios chore id est fideles xpi. vt in mundo deieci nō  
ideo appareantur elatos. **E**t p̄mo attentos facit ad  
ea q̄ dicitur est. **H**ecundo incipit profequi illa dicit  
q̄ xp̄s nō redimet ip̄ios ibi Cur timebo. **T**ercio di  
cit que imp̄is et iustis reddenda sunt ibi **E**cce oues  
**Q**uarto amonet ne timeant⁹ potentes. q̄ oīa cū luce  
relinquūt ibi **N**e timueris.

**D**eus decem dñs Titul⁹ psalm⁹ asaph **D**e supra du  
tū est asaph cū alijs multis p̄fect⁹ fuit cantoribz  
in tabernaculo dñi. hebraice interpretat⁹ congregatio. gre

a vero synagoga. Que hic loquitur in persona fidelium christi  
 expectantium. Agit autem psalmista mutatione legalium  
 sacrificiorum in sacrificium laudis. sicut super egit de muta-  
 tione eorum in sacrificium diuini corporis et sanguinis.  
 Agit etiam primo de utriusque aduentu domini per primum blasphemum  
 per secundum terrenum. Secundo vox christi inducit mo-  
 nentis. ut relictis sacrificiis percipiatur fiat sacrificium  
 laudis. Audi populum meum. Tercio dicit a quibus sacrificium  
 cum laudis. ubi peccatori sue neque imputat. ~~ibi~~ <sup>velit</sup>  
 peccatori autem. Duo primi versus ad primum aduentum. sequentes  
 ad secundum pertinent.

**M**iserere mei deus. Psalmus dauid cum venit ad eu-  
 nathan prophetam. quoniam intravit ad barfabee. Ti-  
 tulus iste patet ex historia libri regum de adulterio  
 dauid cum uxore eius. Unde hic psalmus agit de penitencia et  
 humilitate quam habuit dauid quoniam super hoc eum propheta redarguit  
 monens nos exemplo ipsius ad penitentiam. Et primo po-  
 nit deprecationem. ubi iudicis benivolentiam capiat. Secundo  
 ex auctoritate dei manifestantis confidentiam ablutis  
 ostendit. ibi. Inertia. Tercio ex confidentia securus pe-  
 tit deletionem omnium peccatorum et plenam restitutionem. ibi. Auert  
 te. Quarto dicit quod restitutus persoluat. ibi. docebo te. Cin-  
 to de edificatioe iherusalem prophetat. ibi. Benigne fac.

**Q**uid gloriaris in. Titulus. In fine. Intellectus da-  
 uid cum venisset dohet ydumeus et nuntiasset sau-  
 li. venit dauid in domum abimelech. Ab historia libri regum  
 non discrepat titulus iste nisi quia sacerdos ille qui hic  
 dicitur abimelech ibi achimelech nominatur. Historie autem  
 mysterium ex nominum interpretatio attendendum est. Abi-  
 melech ergo patris regnum interpretatur et signat iudeos et



domus eius regnum iudeorum **Dohet** motus. idumens terre-  
 nus. Saul pestis. dauid mansuetus vel de siderabilis affec-  
 tu. ideo dauid sicut xpm. et dohet idumens id est xps motus  
 terrenus desinit anti xpm q̄ terrenum genus malorum hominum q̄  
 celeste genus fidelium et spiritualium hominum. mouebit p̄ mirabi-  
 lia signorum **Saul** vero sicut diaboli quem mali petunt i-  
 regem suum. vii rex factus est filius oēs filios superbie **Hic**  
 aut terrenum regnum et celeste mixta sunt id est boni  
 q̄ sunt regnum xpi et mali q̄ sunt regnum diaboli et anti-  
 xpi. et de his duobus generibus agit iste psalmus **Et q̄**  
 tituli sensus **Intellectus** dauid p̄ se tendens i fine  
 hic aperitur. quem habuit de hoc qd factum est cum venisset  
 dohet idumens id est anti xps vel terrenum genus hominum  
 impiorum. qui sunt corpus eius. et annuacissit saul i  
 diabolo eius auxilium petendo. vel eum in rege postulā-  
 do **Annūciassit** magis venit dauid i xps in domum aby-  
 melech id est in regnum vel sinagogam iudeorum et tunc  
 ad ecclesiam fidelium q̄ sinagoga successit. et facta est dei  
 regnum **Monet** q̄ hic psalmus ut roborentur fideles contra  
 anti xpm et coplices eius q̄ finaliter inuasuri sunt xpm  
 et eius regnum **Et primo** inicit in doech id est anti xpm.  
 ut contra eum fideles roborentur **Secundo** agit de ceteri fine in  
 iqui ibi **Propterea** deus destruet et te **Tercio** p̄ dicit  
 tione eius ponit irrisio ibi **Videbunt** Quarto dicit  
 quo bonus contra eum se habeat cum laude p̄ se ibi **Ego aut**

**O**portet insipiens in **Titul.** in fine **Intellectus** dauid  
 pro amalech **Tangit** historia libri regum de a-  
 malechitis qui absente dauid inuasit israhel **Amalech** aut  
 titulus eius **Amalech** interpretatur autem populus lugens  
 terram et significat anti xpm et eius populum amatores

terrena. qui in fine mundi pro viribz vastabunt ecclesiam.  
**D**ed dauid id est xps percussus amalechitis ea liberabit. Vel  
 secundum aliam litteram in qua ponit Aug<sup>9</sup> p amalech melech  
 qz melech interpretat<sup>r</sup> dolens vel pturiens. Hic signifi-  
 cat<sup>r</sup> qz nunc dolet. et maxime dolebit tpe antixpi resur-  
 rescente charite multorum. et pturit donec formet<sup>r</sup> xps  
 in illis. pro qua increpant<sup>r</sup> hic hoies inter quos genuit.  
**U**nde hic intendit propheta etiam contra antixpm vel pu-  
 sos qui eius mecha sunt roborare et consolari. Et primo  
 ponit<sup>r</sup> increpacio malorum. **H**ecdo cominatio p fine eorum  
 ibi. **T**ercio dicit qz salus sit pturienti carne ibi.  
**Q**uis dabit.

**D**cus in noie tuo **T**itulu. In fine in carminibz vel  
 hymnis. **I**ntellect<sup>9</sup> dauid. cu venissent zuphei ad  
 saul et nuiaissent saul. noie dauid abscondit<sup>r</sup> est apud  
 nos. **L**egit<sup>r</sup> in libro regu qz dauid fugieb<sup>r</sup> venit in de-  
 sertu zuph et ibi latuit. qd zuphei nuiauerut saul. s  
 inde fugiens et in speculna latens euasit. **U**n sumit<sup>r</sup>  
 titulu s tamen no de hystoria s de eius significato a-  
 dit psalm<sup>9</sup>. **Z**uphei eni interpretant<sup>r</sup> florentes. et sig-  
 nificant illos qm pnti florent copia t<sup>r</sup> palu. ~~qui t<sup>r</sup>~~  
~~lu poma~~ qui gloria est ut flos fem. qui hodie floret  
 et cras in clibanu mittitur. **I**nter hos latet dauid  
 id est sancti mortui mundo. qui vita abscondita est cu  
 xpo in deo. **H**os ponit zuphei regi saul. cu ad regnu  
 mortis trahere moliant<sup>r</sup>. **E**t hic est intellect<sup>9</sup> dauid  
 id est prophete vel alteri cuiuscunqz viri spualis. qui in-  
 telligit flore maloru transitoriu. **E**t iste itellect<sup>9</sup>  
 est in carminibz vel hymnis. id est in laudibz qz hoc  
 intelligens fac qz etia in aduersis laudand<sup>9</sup> est deus.

Et hoc fit ille qui dirigit ane mentis in fine id e i nouis  
 fina no in pntia. **M**onet q<sup>o</sup> in aduersis laudare deū  
 Et primo sunt vba eamē orantis et latentis inter ziphie  
 os au<sup>o</sup> bonū miteris est et merces occulta. **H**edo dicit qd  
 sibi et ziphieis faciat deus. vñ soluit laudes ibi. **E**cce enī

**A**audi deus **T**itul<sup>o</sup> In fine in carminibz vel h<sup>o</sup>ym<sup>o</sup>  
 intellect<sup>o</sup> dauid. **P** dauid huc intelligitur eamē  
 que sumope adueterere debz in quo malo nūc est. a q<sup>o</sup>  
 malo nūc est liberari optat plangens inter mala secti  
 q<sup>o</sup> nō est in pnti nicolatu loc<sup>o</sup> gaudij s<sup>o</sup> meroris. et hui<sup>o</sup>  
 rei intellect<sup>o</sup> est in carminibz vel h<sup>o</sup>ym<sup>o</sup> id est i laudibz  
 ut hoc intelligens sp<sup>o</sup> deū laudet. q<sup>o</sup> sp<sup>o</sup> laudandus est siue  
 erudiat nos aduersis siue cōsolet. letis. qd fit si dirigit<sup>o</sup>  
 mentis anes in fine. id est in xpm. vel in futura gsum  
 mationē. et loq<sup>o</sup> huc eamē siue in psona sua siue xpi  
 q<sup>o</sup>si in psona hois pusillanimus in tēpestate positi. **E**t p<sup>o</sup>  
 ponitur cōtra fluct<sup>o</sup> seculi. **H**edo iste pusillanimus iā  
 in solitudine salu<sup>o</sup> sperat auxiliū dei et impicat<sup>o</sup> auibz  
 ibi. **E**xpectabā **T**erno affirmat qd sibi et illis fiat al  
 ternatim procedendo ibi. **E**go aut<sup>o</sup> **E**t est psalm<sup>o</sup> iste vn<sup>o</sup>  
 qui de passione xpi et resurrectione lati<sup>o</sup> agunt.

**M**iserere mei **T**itul<sup>o</sup> In fine pro populo q<sup>o</sup> a sanctis  
 longe factus est ipsi dauid in tituli mscr<sup>o</sup>ptioē  
 cū tenerent eū allophili in **g**eth<sup>o</sup> geth<sup>o</sup> Huc titulu<sup>o</sup> ptim<sup>o</sup>  
 sup<sup>o</sup> est ex euangelio. vbi legit<sup>o</sup> de mscr<sup>o</sup>ptione tituli  
 p<sup>o</sup> p<sup>o</sup>bitū in cruce xpi ptim<sup>o</sup> ex libro regū. vbi habet<sup>o</sup>  
 qd dauid fugiens saulem venit ad achis regē geth<sup>o</sup>  
 que est ciuitas allophylorū. vbi legitur fuisse p<sup>o</sup>gvin<sup>o</sup>  
 s<sup>o</sup> nō retentus ideo nō literaliter s<sup>o</sup>piritualiter s<sup>o</sup>  
 intelligendū est vt fit sensus **P**salm<sup>o</sup> iste ten dens

in fine id est in xpm est pro populo salvando. q̄ a sc̄is  
 longe factus est quibz appropinquat q̄ xpm recipiunt i  
 tituli inscriptione. Popul⁹ aut qui a sanctis longe  
 factus est in tituli inscriptione. cui contradicit. est tam  
 popul⁹ iudeus q̄ oibz qui nō vult habere regē xpm  
 et ipsi idem sunt qui tribulant etiā. salophili idē  
 alienigenē a xpi noīe alieni. contradicentes isarp  
 tionī tituli. fact⁹ s̄z ipsi dauid. idē xpo in cruce pē  
 denti. cū teneret eū allophili id est p̄secutores sui  
 in gēth id est in torculari s̄z in pressuris passionis.  
 sicut et adhuc in corpore et mēbris etiā multipli  
 citer premit. Ideo hic p̄mo etiā velut vna i torcu  
 lari ab allophilis p̄ssa. summati tangens tribulatio  
 nes. finaliter in deo sperans. dicit se nō timere. Hō  
 enumerat mala q̄ sustinet. ex q̄bz tandē fit unūcor  
 querfio ibi. Tota die. Tercio iam velut de malis se  
 culi libera. laudē cantare se promittit ibi. In me sūt de

**Q**uere mei deus Titul⁹ in fine ne desperas  
 vel corrupas Dauid in tituli inscriptione cū  
 fugeret a facie saul in spelūcā legit⁹ in libro regū  
 q̄ dauid fugiēs saul venit ad loca tutissima engradi.  
 ubi abscondit⁹ in spelunca latuit. qd̄ tangit titulus  
 s̄z hoc ab hystoria retrahit. qd̄ de tituli inscriptioē  
 dicit q̄ null⁹ titul⁹ legit⁹ fuisse inscript⁹ dauid que  
 saul vellet corrūpe s̄z xp̄s q̄ de dauid nat⁹ est it̄p  
 tus est titul⁹ que popul⁹ iudeorū corrūpe voluit. s̄z  
 q̄ p̄ factū sp̄m scriptū erat. ne corrupas. aut pilat⁹  
 Qd̄ scripsi scripsi Spelunca vero caro vel sepul  
 chū xpi accipit⁹ ubi latuit iudeis incognit⁹ Est  
 g⁹ tituli sensus Psalmus iste dirigens nos in fine

id est in xpm. hoc aut ne tu pilate vel aliis qm qz disper-  
das vel corrupas dauid id est xpm in tituli inscriptione. i.  
negando xpm esse regē. qd tituli inscriptio confirmabat.  
Cū fugeret a facie saul. id est cognitione s̄ iudeorū in spe-  
lunca s̄z carnis i carne tect⁹. vel in sepulchro abscondit⁹.  
Caro enī vel mors que in sepulchro patuit. iudeis xpi  
diuinitate abscondit. Ugit 4<sup>o</sup> psalm⁹ iste de passione  
xpi et resurrectione. monens ne quis titulo trunis qtra  
dicat. s̄ xpm regē credat. Et pmo ppheta loquēs i psona  
dm̄. qsi inter mala exclamat et predicat liberationē.  
Secūdo p quid liberat⁹ sit. et de qbz dicit ibi Misit deus  
Tercio post resurrectionē laudes promittit ibi para-  
tum cor meum

**S**uere utiqz Titul⁹ in finē. ne corrupas vel disper-  
das dauid in tituli inscriptione patz ut supra.  
Et pmo ponit. exprobratio iudeorū. ne similia facia-  
nt. Secūdo que eis fit retributio dicit ibi Deus cōteret.

Tercio ostendit correctio iudeorū de vltioe iūfū. ibi. Actabit⁹.

**E**xipe me Titul⁹ in finē. ne corrupas vel disper-  
das dauid in tituli inscriptione. qm misit saul  
et custodiuit domū eius ut inter fieret et eū. Patz ut sup̄  
nisi qd addit⁹ ex li. regū qz saul qrens interficere  
dauid. misit satellites suos ut custodiret domū eius.  
et eū mane exunte occideret. de q̄ tū historia. nō agit  
s̄z de eius signato vñ dauid xpi significat. domū ei⁹  
sepulchru xpi. saul regnū iudeorū. q̄ miserūt custodire  
sepulchru ut interficerent eū. et si nō tū corpalliter. qz  
iā interfect⁹ est. tū spiritualiter. id est nomē eius et fama  
sue resurrectionis qd nō potuerūt. Qd p̄uidit hic  
ppheta monēs ne qd regno ei⁹ qd in tituli inscriptione

designat: contradicant. et loq̄t: totus x̄p̄s id est caput et corp̄.  
 cū ab inimicis obsessus Et p̄mo orat liberari ascendēdo  
 ab inas ad alta. orans etiā pro salute gentiū **Hecūdo**  
 affirmat salutē gentiū orans etiā pro salute iudeoz  
 ibi **Conuertat** ad vesperā **Tercio** affirmat salus iudeoz  
 et utroq; pariete collecto grates agūt: ibi **Conuertent:**

**D**eus repulisti **Titul⁹** in fine pro h̄is q̄ cōmuta  
 bunt: in tituli inscriptione x̄p̄i dauid in doctrinā  
 cū succendit mesopotamiā sive vel siriā et siriā iobal  
 et conuertit ioab. et percussit edom in valle saluarn  
 duodecim milia **In paralyppomeno** legit: q̄ naab  
 rege amonitarū mortuo. misit dauid nūcios ad  
 consolandū filiū e⁹ amon **Cū** suggererūt p̄nci  
 pes sui q̄ causa explorandi misissent. ideo amon  
 nūcios inuicose remisit. vñ postea dauid vñ dicit  
 sup̄sit **Legit:** etiā in libro regū q̄ dauid percussit adaezer  
 regem iobal. q̄ est p̄s siriē. capta vero siriā percussit  
 de edom x̄ij milia **Hab** hystorias tangit titul⁹ s; q̄  
 ibi nō legit: q̄ dauid conuertit ioab. vel q̄ in prediis  
 bastationib; aliqd succenderit. ideo sup̄ficie rehta  
 ad spiritualem sensum dirigunt: qui interpretatiōe p̄  
 nommū sumitur **Interpretat:** em mesopotamia  
 eleuata vocatio **Siriā** sublimis **Iobal** vana vetustas  
**Joab** inimic⁹ **Edom** terren⁹. h̄is oib; significāt: ela  
 ti magnitudie terrene vauitatis. quos omnes x̄p̄s  
 igne caritatis quē misit in terrā accendit. et conuer  
 tit inimicū ad fidem suā **Et percussit edom** id est ter  
 renos: vt uiuerent celestes **Pro** h̄is g: q̄ sic cōmu  
 tabūt: de veteri vita in nouā. in tituli inscriptiōe  
 id est suscepto x̄p̄i x̄ regno. p̄ fidei sue doctrinā loquitur:

Psalmus iste. Quod autem duodecim milia in valle salmarum percussos esse dicit titulus. significat quod totus mundus qui in duodenario tanquam in numero perfecto desinit a quatuor orbibus partibus ad fidem sancte trinitatis. amonitur per duodecim apostolorum doctrinam percussus ad contritionem. et vocatur est ad salutem. Et hoc in valle salmarum id est in humilitate sapientie christiane. Vallis enim humilitatis et salme. sapientie sapore significat. Intendit ergo propheta docere beatam esse contritionem seculi. per quam probat omnes homines commutandos de temporalibus ad eterna. Et primo referuntur passionibus facte pro eternis penis vitandis. Secundo agit de liberatione. quam precatur et affirmat ibi. Ut liberentur loquitur autem in voce percussorum in melius mutatorum.

**A**udi deus Titulus in fine in huiusmodi psalmo dauid. Hic est vox ecclesie laborantis in terra. quasi unus homo. sed non est unus homo qui a finibus terre clamat. que et si laboret inter impedimenta seculi. deum tamen laudare non desinit. ideo intulit psalmum in hymnis. id est in laudibus exhibitis. Dauid id est christo. Et primo ecclesia vniuersa pro se orat et se perseverantiam et per quod indicat. Secundo iam audita de hereditate habenda affirmat unde laudes promittit ibi. Quonia tu deus

**D**onne deo Titulus in fine pro idithim psalmo dauid. Patet supra psalmus iste est dauid propheta habuit pro idithim id est pro transiliente. scilicet a terrenis ad celestia. Non enim pigros illuc sequi et laudans locum quo transilendo pervenit. Et primo propheta loquens in persona transilientis. videt mundis vultibus deperere. Secundo se subia hortatur et reliquos

ad idem monet ibi Veritatem deo subiecta esto. Ter-  
tio errantes exprobrat et monet in deo. non in cadu-  
cis confidere. ibi. Veritatem vani Et hoc principa-  
liter intentio psalmi.

**D**eus deus meus Titulus psalmi dauid cum esset  
in deserto idumee. In libro regum legitur quod  
dauid fugiens saul abscondit se in deserto idumee  
de quo tamen non agit psalmus. Sed de eius signifi-  
cato Unde psalmus iste attribuitur dauid loquenti  
in persona ecclesie de his que sustinuit cum esset in de-  
serto idumee id est in ariditate huius seculi ubi ipsa  
sinit et misericordiam a deo pro precibus expetit donec eter-  
na capiat docens nos suo exemplo bene conuersari in  
medio huius nationis prave atque puerse Et primo di-  
cit eam quomodo se habet in deserto. videlicet quod ipsa ne-  
cessitatibus huius vite estuans ad deum clamat et eum vi-  
dere desiderat. quem et laudat et id amplius agere  
optat. Deinde exponit bona et mala utriusque partis  
scilicet contra difficultates huius seculi quod patitur. id est se-  
curitatem esse suam ex deo in qua memor est eius memo-  
ratis inimicos perituros et regem suum cum suis letaturum  
ibi. Hic memor fui Et loquitur hic in persona capitis et membris

**E**laudi deus orationem meam Titulus In fine psal-  
mi dauid Hic agit de passione christi et resurrec-  
tione. id est loquitur totus christus id est caput et corpus. Monens  
in passionibus sperare in domino Et primo enumerat que  
pertulerit et quomodo se contra habuerit ut in similibus pas-  
sionibus spiritus domini habeamus Deinde iudeorum prauitatem irridet

**Q**uod decet Titulus In finem Sibi Hagitte.  
Psalmus dauid cantum hieremie et aggei et eze-



dyelis de vbo predicationis vel de populo trāsmigrātib nū  
māperēt proficiā. **N**ote sunt hystorie q̄liter filij israhel de  
iherusalem trāslati sunt in babiloniā. **S**z q̄ oīa i figurā  
nostrā contingebant eis. hec ad nos spiritualiter referē  
da sunt. **E**st ḡ psālm⁹ iste canticū id est exultatio po  
puli xp̄iani p̄mō p̄ p̄m̄ in babiloniā id est i ciuitate  
diaboli trāsmigrantis. **I**n q̄q̄ vite miseria peregrinātib.  
S̄ postea in iherusalem id est in ciuitate dei p̄ gratiā  
redeuntis et m̄pientis proficiā. quā spirituale libe  
rationē p̄ndentes p̄phete in titulo nominati gaude  
bant. **I**ntendit ḡ hic psālm⁹ nos consolari i hoc exilio  
ne quis desperet. q̄ certificat reditū. et p̄ quē fiat. et  
que diuine sint reuersis. **U**nde p̄mō p̄pheta i voce re  
uertentiū letus cantat et affirmat reditū et p̄catur.  
**S**ecundo laudes dei et virtutes describit ibi. **D**ixit o  
m̄nium finū terre.

**I**ubilate deo **T**itul⁹ In fine canticū resurrectio  
nis. **C**anticū istud dirigens nos in fine idē in  
xp̄m. vel in future beatitudinis cōsummationē est  
resurrectionis. q̄ hic est exultatio de resurrectione tū  
cipitis q̄ p̄cessit. q̄ etiā mēbroū q̄ futura est. **E**t dicit  
canticū psālm⁹. q̄ dicit̄ pro spe resurrectionis monet  
ad bñ opandū et ad iubiliū et psālmū. **E**t p̄mō mo  
net oēs de resurrectione xp̄i gaudere que oībz dat  
vitā. **S**ecundo m̄pientes mouat ad opa dei cōsi  
deranda. vt vna fides iungat. q̄ vniū premiū expect  
tat. ibi. **V**enite et videte. **T**ercio monet gentes bene  
dicere deū q̄ licet p̄obet tribulationibz. tū p̄obet.  
duat ad regnū ibi. **V**idite gentes. **Q**uarto iterū  
monet nō iā rudes s̄ deuotos exemplo sue libera

tionis apertius confidere in dno. ibi Venite et audite zc.

**D**eus miseratur nostri Titulus In fine in hymnis  
psalmi cantica dauid. Psalmus iste dirigens in fine  
dicitur canticum. qd est exultatio de benedictione qd p ad-  
uentu xpi oibz danda erat. Et dicitur canticum psal-  
mi. qd monet ad bn opandu. sz ad laudem dei. et ideo  
est in hymnis id est in laudibz exhibendu dauid r  
xpo. Primo s. pcat. benedici vt habeat. noticia sal-  
uatoris. Secundo hortat. ofiteri pro directione et iudicio  
ibi Confiteantur. Tertio eadem amonitio ponit. sz  
ad aliud tendens ibi Confiteantur. Per hoc aut qd  
ultimo versu terminat. deus notat. deus trinitas  
p sonaru a qua benedictio postulat.

**E**xurgat deus. Titulus in fine psalmi cantica da-  
uid. Hic agit propheta de exaltatione xpi et eam  
et imitatoru derelictione. vt bonos letificet et malos  
terreat. Mones psallere deo et exultare. Et primo  
dicit quid malis bonisqz futurum sit cu xps exurget  
ad iudicium. Secundo agit de verbo euangelij exhi-  
bito hoibz p xpi egressum id est p incarnatione.  
qua velut a patre egrediens ad hoibz igressus est  
ibi Deus cu egredieris. Tertio agit de donationibz  
xpi ascendens ibi Quia discernit. Quarto opatio-  
nes dei exponit ibi Deus noster. Quinto pcat. et af-  
firmat vt eam dilatet. et confirmet. ibi In ead. b.  
Sexto dicit qd veniet xps ad iudicium qd ascendit ibi psallite

**S**iluu me fac deus Titulus In fine pro his qui  
comutabunt. qd dauid. Due sunt comutationes  
Una de bono in malu. qua comutat. est ada. Ita de  
malo in bonu. et de bono in melius. qua mutantur.

fideles p xpi gram Et pro hys agit iste psalm⁹ et est  
vñ corū q̄ de xpi passione et resurrectōe lati⁹ tras  
tāt. **M**onens ad laudem pro cōmuntatione fidelū p  
ipsum facta. Et pmo p̄cat⁹ xps damans ad patrē sal  
uus fieri q̄ multa patit⁹ quantū ad se gratis s̄ q̄  
alius rapuit soluit **S**ecundo q̄ soluerit exponit ibi  
**D**eus tu sab **T**ercio p̄dictis malis orōem opponit  
**E**go vero **Q**uarto q̄ aduer sarios p̄phetat **F**iat mē  
sa **Q**uinto dispensationē incarnationis et sanctitatē  
p̄positū apit. **E**go sum paup.

**D**eus in adiutoriu **T**itul⁹ In fine psalm⁹ dauid i  
rememoracione q̄ saluū eū fecit dñs **P**salmus  
iste dirigens in fine id est in xpi attribuit⁹ dauid. **D**e  
dñi iusto. q̄ hic loquit⁹ in rememoracione q̄ saluū  
eū fecit dñs **U**n̄ in hac memoria gl̄at⁹ nō in se. s̄ in  
deo saluati suo **E**t pmo in p̄sona cuiuslibz iusti pe  
tit se adiuuari vel saluari et malos erubescere **S**e  
cundo monet letari bonos quos ege nos deus adiu  
uat et liberat ibi **E**xultent et letentur

**I**n te dñe speravi **T**itul⁹ psalm⁹ dauid filiorum  
ionadab et p̄corū captiuorū **H**ic psalm⁹ totus est de  
cōmendatione gratie. vt tota spes nostra in deo sit. nō i  
nostris viribz **Q**uod aut filiorū ionadab sit hic mētio  
hoc ideo q̄ iste cōmendat⁹ a hieremia p̄pter obedientiā  
quā ip̄e et filij eius deo seruauerūt. **U**n̄ et deus bñdixit  
eis p̄pter obedientiā eorū p̄ hieremiā obnat filijs israhel  
qui p̄pter inobediētā t̄rma vice captiuati sunt. **C**ū  
vero dixisset filiorū ionadab. adiecit et eorū q̄ p̄mi  
captiuū ducti sunt. nō q̄ illi captiuū fuerūt. s̄ poti⁹  
oppositi sunt filijs israhel captiuādis p̄tō iobediētie.

Sed cū de hīs nō sonet psalm⁹ pot⁹ de nobis spūalis est  
 intelligendus. Jonadab enī inter p̄tat⁹ spontane⁹ dñi  
 id est q̄ ex voluntate seruit. filij autē eius sunt filij obedi-  
 entie s̄z qui ex dilectione seruiūt. Qui p̄mi captiui  
 dicūt⁹ q̄ p̄ inobedientia p̄mi hoīb in quo oēs pecca-  
 uerūt sub lege carnis captiui sunt vel p̄mi captiui  
 intelliguntur nō filij Jonadab p̄ quos intelligimus  
 obediētes. s̄z potius filij inobediētes q̄ nolūt coeri-  
 gi. et ideo peccato captiuati. Est ḡ. psalm⁹ iste dauid  
 p̄phete. q̄ cantat⁹ filijs obediētie vt p̄senerent et filijs  
 inobediētie vt desistat. omnes monens ne falso de  
 seip̄s p̄sumant s̄m gratia dei gratis data spem  
 ponāt. Et p̄mo petit iust⁹ a captiuitate ī qua natus  
 est et ab oībz malis liberari. Secundo agit de gra-  
 tia danda ip̄e senectutis et semp. Ibi ne proicias. Ter-  
 cio dicit qui p̄sone sit grana. et grana. Deus q̄s filius.

**D**eus iudiciū tuū Titulus in salomōne Salomō  
 interpretat⁹ pacificus. qd̄ verissime xp̄o cōgruit  
 qui mediator dei et homī nos redēliant. Ideo ī eū  
 dirigit⁹ psalm⁹ iste. q̄ cōmendat⁹ ip̄e hic. scdm̄ utrūq̄  
 natura monendo vt xp̄m verū regē credam⁹. Et  
 p̄mo agit de iudicio optando illud dari filio. Secundo  
 agit de codē affirmando qd̄ optauerat. Ibi Iudicabit.

Tertio dicit q̄s et q̄lis ante veniet ī ex ille ī futuro in-  
 dicatur. Descendet sicut pluuia. Quarto agit de op̄i-  
 bz eius. Quia liberabit. Quinto agit de honorificē-  
 tia regis. Et vmet. Sexto monet oēs laudes ei dicere  
 ibi. Sit nomē eius. Septimo ip̄emet p̄pheta deo lau-  
 des enūciat. B̄ndict⁹ dñs. Et more p̄ncipis oībz dicitis  
 subscriptioz p̄ cōfirmatione subnat. ibi. fiat fiat.

**Q**uam bonus israel. Titulus defecerunt hymni da-  
uid filij iesse psalmus asaph. In titulis sepe nome  
dauid reperitur. s; pter solutu hic additu est filij iesse  
~~id est iudaia~~ qd ideo factu est qz hic agit: de hoc qz fecerunt  
laudes vel hymni dauid no xpi filij dei s; filij iesse  
id est iudaia populi qui p illu regem significatur. Cui  
laus deficere dicit: qz illo tpe quo latebant spualia: p  
regno illo ~~ut~~ regnabat homo filius iesse et pro humusmo  
di carnalibz carnalis populus laudabat deu. s; regno  
et ceteris tpalibz deficientibz deficiat laus no dauid si  
li dei. s; dauid filij iesse r carnalis populi. Et attri-  
buit: hic psalmus asaph r sinagoge fidei no ia car-  
naliter s; spualiter. nec pro temporalibz s; p eternis  
deo seruiens. Plonens etiā ut non pro tpalibz s; p  
eternis deū laudem. Et primo asaph describens  
nequitia maloru dicit se zelasse prospera eoru in  
inde ~~corru~~ correctu et correctus alios corrigi. Hecū  
do exponens suū et alioru errorem dicit se in ~~erro~~  
reuerfam ad melius consiliū ibi. Ideo conuertet.  
Tercio aperit quid didit in sanctuario dei. Verūm  
Quarto coparat pmiū celeste voluntati sue et se  
arguit. Quid enim nichil.

**U**el quid deus. Titulus Intellectus asaph. Asaph  
hebraice. grece sinagoga. qz hic loquitur. vñ  
hic aperitur intellectus sinagoge. no carnalis s; ia  
fidelis que intelligit qz veritas venit figuris ablatis  
et qz eterna no tpaia querenda sunt. Plonens  
relictis figuris transire veritate. Et qz ppheta pui-  
debat vastationibz iherlm ppter repugnantiā quam  
factura erat veritati occidendo xpm. Ideo hanc

vastationē iherusalem lamentat. et deplorat. Et pmo  
describens euerisionē iherusalem: querit causam que  
fuerit quasi ammirans et conquerens et pnt. p repulso  
populo et ultionē in destructores. Secundo ostendit  
salutem ubiqz factā in aduentu xpi ibi. Deus aut  
tertio qz vbiqz fit pcat. fieri iudeis. Memor esto.

**Q**onfitebimur tibi. In fine ne corrupas vel dissipos  
psalmus cantu asaph. psalmus iste qz monet ad  
bñ operandū est cantu. qz de remuneratione eterna  
Et est asaph id est fidelis sinagoge dirigens in fine  
id est in beatitudine. ne corrupas vel dissipos r ne vi  
oles spem qz habetur in promissione dei. s. fit tibi cer  
ta eis promissio. vt prospera et aduersa desincias  
et in dei promissione gaudeas. Monet qz psalmus  
iste ne quis supbus de se preumat. nec humilis de  
se deo desperet. qz licet affligat. certa tñ promissione  
consolatur. Et pmo pponit. humilis qz et alios imitat.  
Secundo terretur supbus iudicio. qd effugi nō pot  
ibi. Cū accipere tempus.

**N**otus in iudea deus. Titulus in fine. In car  
minibus cantu ad assirios psalmus asaph. Assi  
rii interpretantur dirigentes quasi erigentes. et signi  
ficant iudeos. qz erigūt se contra cristū ym psequē  
do et eius eclesiam sicut olim assiri psequēbantur  
iudeos et eorū sinagogā. Contra quos hic loquitur  
asaph id est sinagoga fidelis confutās et dirigens in  
fine r in xpm et hoc in carminibus. id est in laudibus  
ad quas monet eos. et est canticū qz agit de bonis  
xpi. vt qd illuminat. et qz saluat. Et pmo frāgit glo  
riā iudeorū. Secundo dicit qz xps illuminat qz saluat

Et primo frangit gloriā uideorū. Secundo dicit qd xps il-  
luminat qd saluat. et iudicat ibi. Illuminās. Tercio amo-  
net deuotos ei reddere vota. ibi. Quonia cogitatio.

**U** Ore mea ad dñm. In fine pro iditu psalmi da-  
saph. Psalmus iste attribuit asaph i congrega-  
tionem fideli que hic loquitur et agit pro iditu. id est pro  
sepia transiente in fine id est in xpm q est sup oia  
docens nil sibi preponere. s; pro eo desiderabilia et  
illectabiles mundi calcare. Et primo dicit quō trāsten-  
dens oia deū querit et inuenit. Secundo inuenit  
deo deliberat an sit eū redempturus. ibi. Anticipauerunt.

Tercio dicit quid deliberando inuenit ibi. Et dixi.  
Quarto exponit q̄i mūdo xps opat. ibi. Viderunt te.

**H** Audite popule meus. Titulus intellectus asaph  
Hic est intellectus asaph id est fidelis congrega-  
tionis. q; hic historialiter narrata. in nobis spūa-  
liter intelligenda sunt. Que em̄ figuratiter illis con-  
tingerūt. eadē modo nobis in re fuit. vñ pacta i vete-  
ri populo uideorū. intendit monei e nouū xpiano-  
rū populū ne sint ingrati beneficiis dei. et eius irā  
in se prouocet. Et primo auditores attentos facit. q; a videt  
aperta. parabole sunt et enigmata et vt maior detur  
verbis suis reuerentia. dñm loquentem iduat. Secundo  
summatim dicit que deus uideis licet ingratis fecerit  
ibi. Quanta. Tercio dicit que ab exitu de egipto fe-  
cit. eis nec tūc resipuerūt. ibi. Corā patrib; Quar-  
to dicit qd dilata vindicta deus dedit eis primum que  
petebant ut pateret eius potentia. ibi. Audimur.  
Quinto agit de vindictis dei. et qno obstante si-  
mulata eorū conuersione timore pene sententia

diuina temptata est ibi. Adhuc esse eorum. Sexto dicitur  
 plagas egypti propter eos factas. comparanda mala eorum be-  
 neficijs dei. dicit eos oblitos et tentasse deum ibi. Quo-  
 tiens exacerbauert. Septimo dicit quod deos de egypto  
 eductos in terram promissionis induxit. et tunc iterum  
 offenderunt ibi. Et abstulit. Octauo agit de ultio  
 facta in terra promissionis que etiam retorta est in ip-  
 sos pro quos puniunt ibi. Audiuit deus. Nono dicit  
 quod repulsi sunt inimici et percussis. aliquos sibi electos et  
 dilectos edificauerit. ibi. Et repulit. Et ibi agit de  
 regno dauid et loco regni. in quo regnum christi intel-  
 ligit. quod in dauid figurabat. et in regno christi eterna.

**D**eus uenerunt gentes. Titulus psalmi asaph.  
 Psalms iste attribuitur asaph i. fidei synagoge  
 que hic loquitur de percussione sibi facienda pro gentilibus  
 seu infidelibus. monens in bonis christianorum letari. et  
 in eorum calamitatibus affligi. Et primo conqueritur. nat-  
 rans quanta perdidit iherosolimam scilicet quibus antequam hic  
 destructa non fuerit. pro qua significatur eterna persecutio in  
 qua ipsa non desinat sed proficiat. Secundo ponit deprecationem  
 pro parte sua contra inimicos. ibi. Usque ad dominum. Tertio exul-  
 tatiua conclusio victorum. ibi. Nos autem. Ubi post per-  
 ceptionis lamenta suauiter exultat eterna.

**Q**ui regis israel intende. Titulus. In fine pro his  
 qui commutabunt. Psalms pro assiris testimonium  
 asaph. Asaph prius in superioribus psalmis pro patris tre-  
 pidus orabat. Jam uero illuminatus et confortatus. agit de  
 primo aduentu iherosolimitani et de uinea eius. et hoc est testi-  
 monium suum. scilicet de christo capite et eius corpore. de rege et  
 plebe. de pastore et grege. Per hoc quod testimonium



Asaph dirigens nos in fine. scilicet in christum venturum agit pro  
his qui commutabuntur: scilicet de malo in bonum. vel de bono in melius.  
Et pro assirns id est iudeis contra christum se superbe et contuma-  
citer erigentibus ut commutandis id est convertendis fit testi-  
monium recte fidei. Et assirns id est pervertendis fit testimo-  
nium perfidie. Non est ergo psalmus iste in melius commutari  
et ad christum dirigere. Et primo ponitur deprecatio primi adve-  
tus pro qua fit reparativa commutatio generis humani.  
Secundo agit de vinea iherosolimitana offendendo quod irrepta sit  
et perfecta. In vinea de egipto.

**E**xultate deo. Titulus in fine pro torcularibus. Psalmus  
ipsi asaph quinta sabbati. Psalmus iste dirigens nos  
in fine id est in christum. Cantatur ipsi asaph. quod secundum litteram  
ipse loquitur iudeis. sed spiritualiter christum agens pro torcula-  
ribus id est de ecclesiis. que propter causam preteractam pro torcula-  
ria designantur. quod in eis est pressura tribulationum pro  
qua boni a malis discernuntur. Habitus quinta sabbati scilicet  
ut significaret. quod hic agit de baptizatis aqua baptismi  
sacramentalis. Quia quinta die creavit deus ex aquis  
natantia et volantia id est pisces et aves. in quo figu-  
ratur est baptismi sacramentum pro quod renati et alii sunt  
tamquam pisces in fluctibus huius seculi remanentes. alii tamquam  
aves ad celestia tendentes. Non est ergo psalmus iste ut  
post baptismum speretis terrenis mente ad celestia conscen-  
damus. Et primo quasi proposita sibi imagine cuiusdam so-  
lemnitatis electos ad celebritate incitat offendens quid  
eis inter seculi pressuras agendum sit. Secundo repro-  
bos redarguit ibi. Audi populus.

**D**eus stetit in sinagoga. Titulus psalmus asaph  
psalmus iste fit asaph id est sinagoge que hinc

xpo vel a propheta redarguit. quia deum corporaliter vidit tamen eum non agnoscit. monens ut saltem nunc credat christum quem tunc in medio sui vidit verum deum fuisse et hominem. Et primo nuntiatur deum secundum humanitatem in synagoga stetit. et sibi contrarios redarguit. Secundo monet intelligere christum esse deum licet pauper et egenus fuerit. quod tamen eos non fecisse asserit. ibi Judicate. Tertio dicit quod petierunt et a celesti gloria ceciderunt. quod gratia adoptionis filiorum dei neglexerunt. quam eis christus exhibuit. ibi Ego dixi deus estis.

**D**ubius quibus similibus tibi. Titulus canticum psalmi a saph. Hic loquitur a saph. id est fidelis synagoga prouidens christum in maiestate iudicaturum. qui in humilitate iudicatus est pro quod deterreret iniquos a persecutione bonorum. quos multis modis affligit in presenti maxime tempore antichristi et bonos monet ad patientiam.

Et primo proposito terrore futuri iudicii describit malitiam inimicorum vel iniquorum. Secundo agit de vniuersa coram. ibi fac illis. Vbi non est optatum pro se prophetiam pronuntiationis.

**Q**uam dilecta. Titulus in finem pro torcularibus filius chore psalmus. Psalmus iste dirigens nos in finem id est in christum prouocat filius chore. id est christi in caluarie crucifixi. Habitus pro torcularibus. id est agens de ecclesiis in quibus sunt pressurae tribulationum. Que bene dicitur torcularia. quod sicut fructus vite vel oliue in torculari emanant sic in pressuris ecclesiarum merita sanctorum patent. que in pace latebant. quos monet psalmus ad amorem eternorum. Et primo agit de inestimabili desiderio eterne domus. ad quam cum admiratione suspirat. Secundo dicit quo auxilio ad domum dei veniat.

ibi **Beatus** **Ter**cio orat et humiliat se p̄ peccatōe. ibi **Quē** dē  
**Benedixit** dñe Titul<sup>us</sup> in fine filius chore psalm<sup>us</sup>  
Hic agit de noua b̄ndictione data filio chore.  
id est nobis xp̄ianis p̄ p̄mū xp̄i aduentū. Et p̄mō ma-  
ledictioni ad eū opponens b̄ndictionē xp̄i. agit quō p̄  
eā fit auersio seu remissio iniquitatis nr̄e. **Secūdo** agit  
de auersione ire sue. ibi **Contigisti** **Ter**tio dicit om̄ib<sup>us</sup>  
sciat et p̄ quē fiat et q̄ illi bona sequit<sup>ur</sup>. ibi **Audiat**

**I**tem dñe Titul<sup>us</sup> orō dauid. Hic est orō dauid  
id est xp̄i in forma serui. qui orant a nobis ut  
deus noster. Eius aut oratio est fidelis instructio  
vñ hic nos monet ad orōem et hic loq̄t<sup>ur</sup> xp̄s nobis et  
nob in xp̄o. ut vox ista capiti conueniat et corp<sup>ori</sup> **con**  
et mēbris. **Primo** g<sup>o</sup> orat deū patre et seipm̄ i forma  
dei pro seipō i forma serui. deinde cōcludit om̄es ge-  
tes adoraturas. **Secūdo** orat p̄ om̄ib<sup>us</sup> adorantib<sup>us</sup> ibi **Deum**  
**Ter**tio pro se. specialiter mētionē faciens sue pas-  
sionis et resurrectionis. ibi **Deus** iniqui

**F**undamenta eius Titul<sup>us</sup> chore filius psalm<sup>us</sup> cā-  
ntia. Hic agit de celesti iherusalē. et ecclā cui xp̄o  
militat i terris. p̄ triumphat in celis. ideo dicit. psalm<sup>us</sup>  
cantia. **Psalm<sup>us</sup>** q̄ agit de ecclā scdm̄ p̄sentē statū ubi  
agit opa cantia. q̄ agit de ecclā scdm̄ statū futurū  
ubi exultabit. et p̄ponitur filius chore. et xp̄i. ut ip̄i ha-  
bitent in sion. hic p̄ spem. et in futuro p̄ spem.  
**Con**onet g<sup>o</sup> psalm<sup>us</sup> ad amorē celestis iherusalē.  
Et p̄mo p̄dicat illam filius chore. quā cōmendat  
p̄ fundamenta. p̄ portas. p̄ sumā ut eis augeat. af-  
fect<sup>us</sup>. **Secūdo** ip̄e dñs agit de eadē iherusalē ibi **Re**-  
mor ero **Ter**tio agit de futūa beatitudine ibi **Hic** letitiam

**A** i forma dei **Orat** em̄ pro nobis ut sacerdos nr̄ **Orat** in nobis ut caput  
nostri orat<sup>ur</sup> a nobis ut dñs nr̄

**D**omine deus salutis <sup>mes</sup> Titulus Canticum psalmi si  
 hys chore. In fine pro melech. ad respondendū  
 intellectus eman israelite vel esraute Titulus ex su  
 pradietis patet. nisi in eo qd ibi dicitur pro melech  
 qui interpretatur chorus Ut sit sensus qd pro choro  
 letancū est illud canticū. Et ideo canticū dicitur  
 qd licet hic de passione xpi agat. tamen letus finis  
 passionis ostendit. Et dicitur canticū psalmi qd mo  
 net ad bonā operationē. s; ad mutacionē passionis xpi  
 et ideo dirigit in fine id est in xpm vel in fine celesti  
 ū p̄miorū **C**ant. aut pro melech id est pro choro  
 hoc est in concordia caritatis. ad respondendū id est  
 ut xpo canenti p̄ chorū respondeam; xpm imitādo  
 et gratis referendo. Et hic est intellectus eman isra  
 elite. id est spūaliter deū videntis. Vel eman israute  
 qui interpretatur aduena i illius hoīs qd dicitur fuisse  
 orientalis. qui in choro respondens canētib; hoc misse  
 riuū intellexit **M**onet g<sup>o</sup> psalmus xpi passionē imi  
 tari **E**x primo p̄p̄s in forma serui pretat. auxiliū  
 referens se ab iniuriis contemptū **D**edō dicit quid  
 amia eius in passione fecerūt. ibi Longe seasti **T**er  
 tio dicit ondit quibus nō profuit opa sua ibi p̄ūqd  
**Q**uarta dicit q̄ in suis mēbris sustinet ibi Et ego.

**M**isericordias dñi Titulus intellectus ethan israc  
 lite. **E**than cū plurib; alijs p̄fect; fuit cātorib;  
 in tabernaculo Interpretatur autē robustus qd nullus  
 est nisi in spe promissionis dei. de q̄ hic agit. **H**ic  
 est g<sup>o</sup> intellectus ethan israhelite. i robusti fidelis  
 in fide videntis deū et in eu sperantis nō in se aut  
 virib; suis **P**rimo g<sup>o</sup> p̄pheta de misericordia et ve

ritate dei se cantaturū promittit. Secundo diuersis modis lau-  
des et potentia dei describit. ibi Confitebitur. Tertio promissio-  
nes patris de xpo exponit. ibi Tunc locutus es. Quarto  
illis promissionibus aduersa dicit. ibi Tu vero repulisti.  
Quinto in quibus implete sunt promissiones subiungit. ibi Vbi  
Dextro quod etiam in membris christi promissiones implebitur non equaliter  
sed specialiter ostendit. ibi Vbi sunt misericordie tue. Et  
ibi I loquitur in persona ecclesie regnantis. ut promissiones  
facte dauid contra inimicos fidei impleantur. Et in fine  
more principis ad confirmationem dicitur. subseribit. ibi fiat fiat

**D**omine refugium Titulus oratio moysi hominis dei. psal-  
mus iste dicitur oratio moysi non quod moyses ipsum com-  
scripserit. sed quod in hoc psalmo tractatur. quod in veteri testamento  
per moysen dato continentur ostendendo ea que lex veteris sub ve-  
lamine continebat. Vel dicitur oratio moysi quod eadem orat  
dauid que orauit moyses. Nonnetus igitur psalmus iste ad con-  
ceptum veteris et ad amorem noue vite. Et primo in persona et  
desse loquens et a spe lapides proponit eternum refugium homi-  
nibus equaliter. Secundo exponit infirmitatem hominis ei petens sub-  
ueniri. Ibi Ne auertas. Tertio orat et affirmat eius  
liberationem. ibi Dextera.

**Q**ui habitat Titulus. laus cantici dauid ad est christi  
Est autem laus cantici quia laus diuina non humana  
Hic enim agit de victoria christi et suorum contra diabolum et  
eius temptationes non humano auxilio sed diuino. Dicitur primo  
propheta describit fidenter in solo deo omnino protectione dei  
vallatum. Secundo dicit victorem christum in celo leuatum a nullo  
posse contingi et ab omni malo liberari. ibi Cadent a la-  
tere tuo mille. Tertio inducit verba dei ecclesiam consolati-  
tis. ibi Quoniam in me sperauit. Hic enim defensione

et in futuro p̄mia ei p̄mittit. Ideo hūc psalmū quoti-  
die canit ecclesia. ad resistendū contra diaboli tēpta-  
mentū.

**B**onū est cōfiteri Titulus psalmus cānti in die  
sabbati. Triplex est sabbatū. scz tempis. pectoris. &  
eternitatis. Sabbatū quibz est septima dies septima-  
ne qua deus requieuit ab opere. Sabbatū pectoris  
est trāquillitas mentis et cōsuetudine. Sabbatū eterni-  
tatis est requies vite eterne. De duobz vtmus hūc  
git. Vnde monet hūc p̄pheta vt hūc agentes sabbatū  
mentis libenter laboremus pro sabbato eternitatis.  
Et primo dicit quō bonus inuertur batus agit sabbatū  
mentis. sciens oīa agi a deo. quod nō nouit stultus.  
Secundo asserit malos peritur os vt metus sit ceteris  
ibi. Cū exorti. Tercio dicit iustos florere. vt hac p̄  
missione deuoti gaudeant. ibi. Iustus vt palma.

**D**ominus regnauit decorē induit est Titulus laus  
cānti dauid i die an sabbatū qū fundata est ter-  
ra. In sexto die ad hūc nō legit. terra fundata. s; hoc  
iustice dicit. q; sicut sexto die fecit deus hōiem ita sexta  
etate seculi quā sextus dies significat deus venit hōiez  
reformare et tūc spūaliter fundata est terra. cū homo  
de terra factus i fidei virtute fundat. Est. et de hoc est  
laus cāntia hūc ipi dauid id est xpo. qui sexto die q  
est an sabbatū. id est sexta etate seculi hōiez reformor-  
mando stabiliter fundauit. Monet q; psalm. iste ad lau-  
dē dei. et hoc multiplici ratione. Primo laudat. a  
iudicialitate. Secūdo a fortitudine ibi. Induit est. Tercio  
ab omibz. ibi. Cū. Quarto a potestate ibi. Parata.  
Quinto a laudibz vniuersitatis. ibi. Eleuauerūt. Sexto

a veritate dictorum ibi Testimonia Sextimo a laude do-  
mus. ibi Domus tua Verito 9. psalmus iste laude  
plen. primus cantat. i. matutinis laudibus.

**D**eus ultionum Titulus psalmus dauid quarta  
sabbati Psalmus iste dauid prophete habitus quar-  
ta sabbati id est agens de patientia sanctorum q̄ signifi-  
cant. p̄ luminaria celi illo die facta. monet nos ad  
patientiam ne murmurem contra deum. q̄ ab eo sepe  
dant bona malis et mala bonis Et primo assumens  
querimoniam infirmorum contra deum murmuratum  
peccatores gloriantur premitit vñ sanent. Secundo con-  
tra blasphemos iuehens deum ostendens scire hec et  
curare. ibi Intelligite Tercio dicit q̄ mala mundi per  
u quos sunt iustis ut copuncti damnet ad deum ibi Deus consurgit

**V**entus exultemus. Titulus laus contra dauid.  
Laus ista cantica id est deuotionis et hilaritatis  
fit ipsi dauid. i. xpo p̄ cuius gratiam iramur ad requiem  
Vñ psalmus iste monet deum deuote et hilariter lau-  
dare Et primo propheta laudes xpi describens iudeos in-  
uitat quos preuidebat posse resistere xpo Secundo ipse  
xps monet eos de ne obduret. ibi Nolite obdurare corda uestra

**Q**uante dno Titulus psalmus dauid qm̄ domus edi-  
ficabat. post captiuitate. p̄ illam reedificationem  
post babilonicam destructionem. intelligit. sp̄ualis reedifi-  
cacio templi a diabolo p̄ patrem subuersi. id est hois a  
xpo reparati De qua reedificatione et no de illa ma-  
teriali tractat hic psalmus agens de utroq̄ xpi aduentu  
et monens ad eius laudem Et primo loquitur ad  
prelatos vt ipsi content et annuntiant omnibus Secundo  
loquitur ad subditos ibi Afferte dno.

**D**ominus regnavit exultet terra Titulus psalmus  
 dauid in quo terra eius restituta est ei. Hic tangit  
 quo mortuo ~~absalon~~ absalon qui vivens patrem suum perse-  
 quebat. Dauid in pace regnavit et ei restituta est ter-  
 ra sua. De quo tamen hic non agit. Sed de significato Dauid  
 enim significat christum quem absalon id est populus iudaeus  
 persecutus est. Sed restituta est ei terra sua quoniam caro eius  
 resurrexit post quam resurrectione omnia quae hic cadunt  
 facta sunt. Et est iste psalmus de primo adventu christi  
 quo mundus liberatus est de quo monet ad exultationem.  
 Unum primo describit virtutes domini ostendens omnia ei resti-  
 tuta et inde arguit idolatras. Secundo omnimoda exulta-  
 tio ostendit. quoniam nec persecutio interrumpat ibi. Audiamus.

**Q**uanta domino Titulus psalmus dauid. Psalmus iste de  
 utroque adventu agit. inde monens ad laudem et ex-  
 ultationem. Et primo agit de ostensione salutaris dex-  
 tere. Secundo dicit omnibus modis laudandum esse et an-  
 nunciandum ibi. Jubilate deo.

**D**ominus regnavit irascantur populi Titulus psal-  
 mus dauid. Hic agit per de potentia et regno  
 christi monens ut christum tanquam deum adoremus et velut  
 regem exaltemus. Et primo ostendit eum regnantem. et  
 quicumque repugnet alium super omnes. unde ei cedere monet.  
 Secundo monet eum adorari. quoniam patres antiqui fuerunt  
 eius id est servierunt ei. ibi. Exultate dominum.

**J**ubilate deo Titulus psalmus in confessione. Duplex  
 est confessio. una laudis. alia criminis. Prima  
